

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Superbia k  
cum fonte primo

Precipe diuitibus huius seculi

ante omnia non superbe sapere.  
Nichil est enim quod sic generent diuicie  
quomodo superbiam. Omne pomum,  
omne granum, omne frumentum, omne  
lignum habet uermem suum;  
et alius uermis mali, alius piri, alius  
fabe, alius tritici. Vermis diuiciarum  
superbia;

ergo precipe diuitibus huius mundi  
non superbe sapere. Exclusit uicium,  
docet usum.

Augustinus in sermone de uerbis  
Domini.

Hodie lectum est,  
Praecipe diuitibus hujus mundi.  
Praecipe. Quid? Praecipe  
ante omnia, non superbe sapere.  
Nihil enim est quod sic generent diuitiae,  
quomodo superbiam. Omne pomum,  
omne granum, omne frumentum, omne  
lignum habet uermem suum.  
Et alius est uermis mali, alius pyri, alius  
fabae, alius tritici. Vermis diuitiarum  
superbia. Diuitiarum usus ad  
comparandam aeternam vitam.  
Ergo praecipe diuitibus hujus mundi,  
non superbe sapere. Exclusit vitium,  
doceat usum.

Augustinus Hipponensis, *Sermones*, 61,  
9-10 (PL 38, col.412-13).